



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De vindicta in milites, qui hostes suos ecclesia occideru[n]t, cap. 26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

Ieberrium in tota ciuitate, ita ut ab illo tempore in maiori veneratione habita sit eadem crux.

## C A P V T XXVI.

**I**N<sup>\*</sup> comicia de monte, ante non multos annos, \*al. comitatu<sup>s</sup> inter duas cognationes militum tam graues inimici sunt, ut se inuicem caperent & occiderent: die quadam cum plures vnius partis conuenissent in ecclesia villæ, quæ Westupe dicitur, aduersæ parti per vetulam proditi sunt: dederat enim signum dicens: Quotiens intrauerint, totiens nolam trahâ. Quod cum fecisset, ecclesiam cum multitudine ingressi, armati super inermes irruerunt: quo viso, illi arreptis sacris imaginibus, gladiis opposuerunt, sperantes sibi illarum beneficio patci debere. Percussores vero nullum loco exhibentes honorem, nullam sacræ imaginibus reverentiam, ita hostium cruentum sitiebant, ut imagines oppositas mutilarent, ipsique crucifixo brachia præscinderent, & circiter octo milites trucidarent in Ecclesia. Quod sacrilegiū durè satis vindicatum est, nam infra breue tempus, ab occisorum consanguineis, occidentiū numerosa multitudo sic gladio deleta est, ut vix duo superessent: ventila verò, quæ illos prodiderat, tēpore messis nimio calore aëris suffocata est. Et quid dicā de malis Christianis, cum apud Damiatam Saraceni, Christum ignorantes, ob injuriam imaginis eius grauiter sint puniti.

## C A P V T XXVII.

**C**um in obsidione Damiatæ maxima pars exercitus Domini Saracenis occurrisset, nescio quo Dei judicio, infideles fidelibus superiores effecti, eos in fugam verterunt, multos ex eis occidentes, & plurimos captiuos abducentes. Quod ut cognoverunt in ciuitate obsessi, in tam latitudinem resoluti sunt, ut in confusionem fidei nostræ, laqueum collo crucifixi injicerent, sicque sacram illam imaginem, aliis additis injuriis, per omnes plateas ciuitatis traherent, cum multa vociferatione & plausu manuum, vitioram Deo suo adscribentes. Christus verò, qui mortuus & quasi nullius valoris videbatur, in tam ex-

H h 2 grabi